

apud Quercetanum, c. ult. Pharmacop. Dogmaticorum restituta.

Cæterum ad extracta purgantia præparanda multi hæctenus alio menstruo non usi sunt, quàm vini spiritu: qui tamen, quòd is vim eorum catharticam, ut in sequentibus demonstrabitur, valdè infringat, & promiscuè in omnibus non videtur usurpandus. Adhiberi poterit interdum interdum in helbori, colocynthidos, scammonii extracto; in aliis autem substitui debent aquæ destillatæ: utpote rhabarbaro accommodata erit aqua endiviæ: foliis senæ Orientalibus, aqua pomorum redolentium, fumaris, fœniculi: agarico aqua cinamomi: & sic porro aliis aliæ. Et optandum esset: ut tales aquæ quater aut quinquies destillarentur; ut, quò sunt subtiliores, eò faciliùs possint evaporari, & ab extracto separari. Quod si autem talis aqua vitæ, proprio scilicet sale armoniaco privata, uti Dariotus, & post eum, Johannes du Val, Medicus Issoldunensis, Penotus quoque, in tractatu de vera medicamentorum Chymicorum præparatione, p. 192. in magisterio tartari, docent, daretur: præstantior, ad omnis generis extracta præparanda, desiderari non posset. Verùm quamvis Dn. Mayaud, Vir in re Chymica longè

An spiritus
vini ad
extracta,
è purgan-
tibus præ-
paranda, u-
surpári deo-
beat.

○

exer-